



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Lib. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

PEREGRINI  
TERRÆ

seu

*Preparationis ad bonam mortem.*

LIBER QUINTVS.

*Memoria Iudicii Vniuersalis.*

CAPUT I.



Lurimæ sunt veritates à sancta  
strâ fide traditæ, & vt docet Augu-  
nus, in Scriptura sacra reuelatæ.  
omnes opere ipso adimpletas & ver-  
catas vidimus: inter has nihil  
vna est nondum in effectum ete-

infallibiliter suum sortietur effectum, & verificabitur  
est ea, quæ de Iudicio ultimo vniuersali per-  
s. *August.* Promisit Deus per suos Prophetas, quod erit Ecclia  
videtur, quod est: quod non erunt idola, & videtur  
non sunt. Scriptum est de Iudæis, quod perdituri san-  
gnum: & de Hæreticis, quod erunt, & verum qui  
zur. Scriptum est de die Iudicii, & sine dubitatione  
mies. Quia qui in omnibus verum dixit, non potest  
quo fallere. Unde concludit idem Augustinus



uilibet, dum tempus est, declinet à malo, & faciat bonum, ut in die iudicii securus sit, & reperiatur quietus absque remorsu malæ conscientiæ. Hoc igitur primum punctum est, quod, antequam progrediamur, supponendum est: nimirum, post particulare veniet iudicium vniuersale. Veritas fidei est nondum, instar aliarum, verificata, sed necessariò verificanda: *Statutum est hominibus semel mori: post hoc iudicium.* Quemadmodum Deus certo ac indispensabili suo determinauit decreto, vt omnes homines subiecti sint morti: ita eodem sancit decreto, & voluit omnes subiicere iudicio, & particulari in fine vitæ, & vniuersali in fine Mundi. Noli exultare, cum morte fore terminandos dolores & miseria: *post hanc iudicium:* neque credas, velim, sufficere iudicium particulare: *post hoc iudicium* aliud superest, quod particularis iudicii quasi supplementum erit: in hoc enim solum iudicatur anima, in illo anima & corpus simul iudicabitur, & debita eis attribuetur sententia, aut præmii, aut pœnæ. *Vt vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo vix post hac.* Peccator extremum malum iudicii particularis iam in morte subiuit: adhuc superueniunt duo alia vix, seu mala, nempe, vix iudicii vniuersalis, & vix pœnæ æternæ. O vix triplicatum triplicatae miseriae in summo malo! O vtinam hæ tres syllabæ indelebili caractere cordi nostro insculperentur! Considerationis huius occasione non peccatores duntaxat, verum etiam sanctissimi contremuere viri: *Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco,* dicebat S. Hieronymus, q. d. quoties illud secundum vix iudicii vniuersalis, quod subsequetur tertium vix pœnæ æternæ, considero, semper præ nimio timore & pauore toto contremisco corpore. Quapropter (pergit idem Sanctus) vt die illo benè dispositus inueniat, nunquam à mente mea discedit iudicii vniuersalis seria cogitatio, vitam illius semper habeo memoriã: *Et si uè comedo, si uè bibo, si uè aliqua aliud facio, semper videtur illa uox terribilis insonare in auribus meis: Surgite mortui, uenite ad iudicium.* De hac igitur veritate tam certâ, quam certa & infallibilis est fides nostra; tam terribili, quam terribilis est pœnæ æternitas, quam in se continet.

Heb. 6.4. Carhus.

Apoc. 12.

S. Hieron.

K § modò

COYSII  
DEREI  
OV



modo tractabimus. Et ut materia eò perfectior sit  
maiores lectori conferat utilitatem, non solum de  
iudicio, sed etiam de iis, quæ illud præcedent, discuti  
instituemus; sunt autem quatuor:

Primum est de commotione & turbatione omnium  
creaturarum: secundum de renouatione Vniuersi  
ante igne: tertium de resurrectione mortuorum; quor  
um & ultimum est de Iudicio.

De commotione & turbatione vniuersi  
sali, quæ præcedet Iudicium.

CAPUT II.

§. Reg. 17. **A**ngelus Domini quâdam vice apparuit Eliaz, et  
dixit: Dispone te, ad te Deus veniet, tibi locutus  
sed aduerte, non palam, sed clandestinè adueniet sub  
bra alicuius creaturæ. Subitò Elias in loco humido  
deuoto compositus expectauit aduentum Dei: & ex  
uentum vehementem transeuntem conspexit. Spiritus  
granda, & fortis, subuertens montes, & conterens petras.  
Prodiit Propheta existimans sub vento hoc vehementer  
latere Deum, qui sibi locuturus esset; Tunc dixit ei An  
gelus: siste gradum, & noli decipi: Non in commotione  
Dominus: sub hoc ventorum furore non latet Deus. Eo  
dem modo post ventum comparuit magna vorago ignis. Et  
respondit Angelus: Non in commotione Dominus, sed  
in igne Dominus. Denique post ignem exiguus & placidus  
accessit ventus suauem spirans auram. Tunc Angelus  
dixit: Post ignem sibilus aura tenuis, & ibi Dominus.  
Hanc doctrinam, quam Angelus manifestauit Eliaz, magis  
nobis inouitur mysterium: & est, quod modò  
procedendi Dei, quæ seruat nostris temporibus, multum  
differt ab eo, quem ostendet in fine Mundi. Modò  
& conuersatur nobiscum in sibili aura tenuis, benignè  
placide & misericorditer. Tunc in spiritu, in commo  
tione, in igne, cum seueritate, rigore & iustitia. Tunc  
Angelus



Angelus Dei mutabit modum loquendi, dicetque: *In spiritu Dominus, in commotione Dominus, in igne Dominus.* Nunc, ut Tertullianus ait, *scintillatio Divinitatis est in aura: tunc in igne erit.* Hac nostrâ ætate Deus manifestat Divinitatem suam distributione gratiarum; in vltima ætate eandem manifestabit retributione poenarum. Hæc igitur erit materia præsentis capituli, extrema nimirum commotio, quam omnes creaturæ ante universale Judicium patientur. Primò dicetur de turbatione futura in Ecclesia. Secundò de turbatione futura in cælo, & in Angelis. Tertiò, de turbatione futura in Inferno & Dæmonibus. Quartò, de turbatione futura in hominibus. Quintò, de commotione & turbatione futura in Elementis.

*Commotio & persecutio Ecclesiæ.*

Caput III.

Ultimis illis temporibus talis ac tanta erit tribulatio, ac persecutio, quam patitur Ecclesia, ut nec fuerit, nec futura sit alia ei similis: *Tunc erit tribulatio magna, Matih. 24. quælis nō fuit ab initio Mundi usq; modo, non fiet.* Et si Divinâ Prævidentiâ longo tempore naucm Petri ab enormi illâ tempestate agitari permitteret, nec vnus fidelium electorumque Dei viuus remaneret: *Nisi breuiati loc. cit. fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.* Verum propter electos abbreviabitur tempus illud, & vltra tres annos cum dimidio non durabit: *Propter electos breuiabitur dies illi.* Quod, iuxta expositionem Caietani, intelligitur solùm de visione corporali prædestinatorum, non autem de spiritali: cum prædestinatio Dei sit certissima & infallibilis. Vel dici potest: *propter electos, id est, propter orationem electorum,* nè totus populus Dei periret, sed haberet tempus se conuertendi. Ut igitur cum fructu aliquo & ordine de hac vltima Ecclesiæ persecutione agamus, dicetur primò de causis eius: secundò de effectibus: tertio de fine.

Quò ad primum, principalis causa tantæ turbationis alia



alia non erit, quàm magna promissio Dei, & extraordinaria quædam, & nunquàm hæcenus audita licentia Dæmoni concessa, ratione cuius Ecclesiam omnibus rebus euciter conatur. Quapropter primò solutus

*Apoc. 20.*

Sathanas iam ligatus & catenis in Inferno vincitus: *Operet illum solui medico tempore: necessè est, supposito Diuino decreto, libertas concedatur Luciferò exiguo tempore, quo regnabit Antichristus. Secundo, præter Luciferum quatuor alii magni Dæmones, tanquam principes eius, & quasi præsides quatuor mundi partium*

*Apoc. 9.*

*uentur quoque & liberabuntur: Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensis, & annum, ut occiderent tertiam partem hominum: ut semper ac indefessè dispositi & parati erunt ad tentandum & nocendum, ac mortem inferent tertix parti reproborum ac idololatrarum. Denique sub dominio quatuor horum Dæmonum, & sub imperio generalissimè ducis Luciferi conscribetur ac formabitur ingens ac numerosus Dæmonum pessimorumque hominum exercitus: Et numerus equestris exercitus vicies millies ducenties millia. Hoc belli apparatu in campum prodibit Sathanas sciens, quia modicum tempus habet ad expleendam*

*loc. cit.*

*Cornel. hist.*

*fundendamque rabiem suam in Ecclesiam. Et ut tempus suum, in quem collimat, eò facilius & commodius attingere valeat, ex omnibus hominibus unum eliget qui erit Antichristus, eoque veluti proprio vietur iumento deuastaturus Ecclesiam.*

*Apoc. 12.*

Ex permissione Dei varios eosque extraordinarios adhibebit modos Diabolus, ut Antichristum disponat in vas iniquitatis, in habitaculum, portum & stationem omnium vitiorum. Undè primò illius capiet possessionem, ab eo etiam tempore, quo adhuc intra matris uterum maternum commorabitur, cooperando eius conceptioni, ut eam in omne vitiorum & malitiæ generis efficiat inclinatissimam. Secundo, quamprimùm conceptionis attinger ætatem, continuo Diabolus ei tantam vim & efficaciam; ut totum illud, quod iniquitas homo facturus est, procedat ex impulsu & suggestione Dæmonis. Tertio denique, accipiet dominium in illius cor, quod nec vllâ bonâ inspiratione, siue Dei, siue

Angeli



Angeli custodis eius concitari & occupari permittet, impeditque in corde eius omnem actum bonum, etiam naturalem moralem. Talem gradum attinget pessima hominis huius qualitas & conditio; ut nonnulli existimant eundem futurum Dæmonem in carne humana: Dæmonem propter personam, seu ratione personarum; Hominem propter naturam: quemadmodum asseritur de Christo, qui fuit Deus & homo simul: ob personalitatem Dei & naturam humanam hypostaticè unitam. Vel, ut alii affirmant, erit verus & purus homo; et conceptus operâ, non hominis, sed Dæmonis: eo modo, quo Christus dicitur esse conceptus in utero Virginali, non virtute Hominis, sed virtute Spiritus sancti. Ultraque hæc opinio falsa & erronea est: veritas catholica hæc est, Antichristum futurum verum & purum hominem, concipiendum etiam operâ & virtute humanâ; et hominem pessimum, iniquissimum, sceleratissimum: erit, ut affirmat Apostolus, *Homo peccati*, & quasi ex peccatis compositus, *filius perditionis*; et in omnibus perfectè obsequiosus & obediens Dæmoni, veluti testatur D. Damascenus, dicens: *Omne afflatum Sathanz* *D. Damasc.* recipiet. Non erit Dæmon, uti asserit S. Hieronymus, *lib. 4. Iud.* sed erit viuum habitaculum & hospitium Dæmonis: *Non erit Diabolus, sed vnus ex hominibus, in quo totus S. Hier. in Sathanas habitabit corporaliter.* Neque sathanz duntaxat habitatio erit, subdit Gregorius, sed etiam forma *S. Greg. 33.* & speculum, quod totam eius malitiam repræsentabit: *lib. mor. 6.* *Tota Diaboli virtus in vno illo damnato homine congesta densatur.* Denique, uti notat Doctor Angelicus, non tantum peruersus, obstinatus peccator erit, verum etiam omnium peruersorum obstinatorumque caput: *Caput erit omnium malorum propter malitiam perfectiorem.* *S. Thom. 3. 2. q. 31. a. 8.* Præterea Antichristus, ut sit omnis iniquitatis cumulus, erit homo hypocrita, politicus, nigromanticus, Christus totus è diametro contrarius (vnde & merito appellabitur Antichristus) & atheus.

Hæc erit pessima Antichristi conditio & qualitas. Neque tamen ex dictis quisquam dubitandi capiat argumentum, quod huic impio atâm profunda iniquitatus abyssu absorpto denegabitur quodcunque salutis medium

MOYSII  
DEREI  
D. A.  
O. V.



midium. Quia primò nunquam amittet libertatem suam, & si voluerit, bene operari poterit. Secundò Deus suppeditabit ei Gratiâ suam sufficientem, quæ si voluerit, saluari poterit. Tertiò, neque desistat auxilio Angeli custodis sui. Quartiò, Deus non desistat ipsi in communicandis nonnullis bonis inspirationibus. Quintò denique, Deus mittet ad eum Enoch & Elias, ut ipsum illuminent, & à peruersa sua doctrina & peruersa vita conuertant. At inter tot & tanta auxilia & beneficia malitia eius ipsum obcecabit, indurabit, & malo ita obstinatum efficiet, ut cuiusque salutis ostium præcludat.

Hæc de qualitate personæ Antichristi: iam de modis quibus Ecclesiam euertere & destruere studebit, dicemus. Inter alia quamplurima tria sunt arma principia quibus hunc in finem vietur Antichristus, & sunt: *Dæmonia Tormenta, & signa.* Primò Ecclesiam conabitur de *re donis*: quia à Dæmone obtinebit cunctos thesaurus terræ, & maris, & hos largissimâ manu distribuet suis seclis & sequacibus: *Dominabitur thesaurorum auri argenti; & omnium præterea diuitiarum, quæ sunt in profundo mari.* Secundò *Tormentis*; Inter alia præcipiet & mandabit, ut omnes Antichristiani in fronte stent suum signum, quod, ut nonnulli volunt, habet expressum litteris: *Nego Crucem*: & cæteris omnibus signum hoc non gestabunt, seuera fiet prohibitio, quidquam vendant & emant: vnde fame crudeliter ficti & vexati morientur: *Nè quis possit emere, vel vendere, nisi qui habet characterem.* Tertiò *Signis, & miraculis falsis & apparentibus operâ & arte Dæmonis factis*

Hucusq; de causis turbulentiæ, quæ futura est in Ecclesia; ad remedia à Christo suppeditata accedamus. Primum ac principale hoc erit: iussu Dei & Christi in mundum prodibunt duo egregii Duces & Heroes, videlicet Enoch & Elias, qui mirabili modo, & ut nonnulli volunt, euentu subiecti igneo venient è paradiso terrestri, & Antichristo opponant, eiusque fraudes, errores & imposturas



sturas diuulgent: & tribus potentissimis armis contra  
 eius asseclas & sequaces pugnabunt: primò, sanctita-  
 te vitæ: secundò, prædicatione veræ fidei Christi: ter-  
 tiò, veris & stupendis miraculis. Quò ad primum,  
 erunt personæ sanctissimæ, *in conspectu Domini stantes, Apoc. 11.*  
 semper in continuò perseuerantes & ambulantes in præ-  
 sentia Dei, assiduisque orationibus Domino commen-  
 dantes Ecclesiam. Secundò, erunt potentissimi, & effica-  
 cissimi in prædicatione: *ignis exiet de ore eius. Apoc. 6. 16.* Quòd pri-  
 mò intelligitur de igne materiali, quia, quandocunque  
 eis placuerit, imperabunt & præcipient igni, vt de  
 celo descendat, omnesque, quotquot eis aduersantur,  
 & damna inferunt, deuoret, & subito ignis eis parebit.  
 Secundò intelligitur, quoque de feruore & de efficacia  
 prædicationis eorum: etiam liberè Antichristo dic-  
 ent: tu es versipellis impostor & sycophanta: tu  
 non es Christus; sed pseudochristus, fictus & falsus  
 Christus: *Contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sauis, S. Hilar. 65*  
*Santos persequeris, Religionem tollis: Noueris Christum Athan. cõ-*  
 crucifixum, quem nos prædicamus, solum esse verum tra Con-  
 Deum, verum Messiam, verum Saluatorem Mundi, quẽ stant. 1mp  
 tu negas. Hic erit tenor prædicationis sanctorum Præ-  
 cursorum Christi, quem & per seipfos, & per Discipulos  
 suos per totum Mundum diuulgabunt. Insuper S. Præ-  
 dicatores Christianos grauium minarum Antichristi ti-  
 more percussos animare & confortare studebunt, eisq;  
 dicent: Memores estote verborum Christi in Evangelio,  
 vbi totum id, quod modò videmus & experimur, prædi-  
 xit, quod, videlicet, futurus sit Antichristus, non verus,  
 sed falsus Deus, qui simulabit se esse sanctum, & san-  
 ctum sanctorum, & alium Christum in terris; at in veritate erit  
 homo pessimus, sceleratus & abominatio Mundi. *Ecce*  
*prædixi vobis. Si quis vobis dixerit: ecce hic est Christus, Matth. 24.*  
 Messias, Saluator Mundi, nolite credere, mera namq; mē-  
 dacia sunt. Constantes igitur estote & fortes in vera fide,  
 in confessione & obedientia Crucifixi: siquidem An-  
 tichristus aduentu suo non destruct, imò potius cõfir-  
 mabit fidẽ nostram: quia eo ipso, quo venit, Christi veri-  
 ficabit prælagũ & variisimũ, cum ea sit vera fides, quæ fu-  
 tura,

IOYSSII  
 DEREI  
 O V





tura, priusquam sint & fiant, prædicit. Tercid, hie  
 sti præcones erunt noui Taumaturgi quod ad  
 tem faciendi miracula, & non tantum in confirmat  
 fidei; verum etiam in pœnam obstinatorum; vt  
 amor, saltem timor locum habeat in eorum corde

*Apoc. 16.* Percutient terram omni plagâ, quoruscunq; voluerint  
 quidem peiori & crudeliori eâ, quâ Moyses puniuit  
 raonem in Ægypto; & quoruscunq; voluerint  
 iusmodi prodigiosas & miraculosas infligent  
 quia quasi per modum habitus virtutem habebunt  
 endi miracula. Præterea defendent se patrandis  
 cula & prodigia per elementum ignis: Et si quis  
 eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit  
 eorum, veluti supra dictum fuit. Hoc primum est  
 fidium & auxilium; quo Deus sive succurret Eccliam  
 nimirum, Apostolici Prædicatores, eminentissimam  
 citate, in prædicatione, & in patrandis miraculis  
 cundum præsidium erit s. Michael Archangelus  
 vniuerso cœlestis militiæ exercitu: In tempore  
 surget Michael, Princeps magnus, qui stat pro filiis  
 suis: tempore Antichristi Luciferus se opponet s. Michaeli  
 Archangelus, qui primum prælium, quod cum Satana  
 gessit sub Mundi exordium, contra eundem reuoluit  
 idque in defensionem & protectionem populi Chri  
 ni. Et quemadmodum arma & vires hostiles conuulsi  
 rantur & augentur contra Ecclesiam; patimò eam &  
 ratione & mensurâ cogeminantur inimicis & pœ  
 dia, nè tentatio nostras excedat vires, vt ait Apo  
 imò potius iis sit inferior.

*loc. cit.*

*Dan. 12.*  
 surget Michael, Princeps magnus, qui stat pro filiis  
 suis: tempore Antichristi Luciferus se opponet s. Michaeli  
 Archangelus, qui primum prælium, quod cum Satana  
 gessit sub Mundi exordium, contra eundem reuoluit  
 idque in defensionem & protectionem populi Chri  
 ni. Et quemadmodum arma & vires hostiles conuulsi  
 rantur & augentur contra Ecclesiam; patimò eam &  
 ratione & mensurâ cogeminantur inimicis & pœ  
 dia, nè tentatio nostras excedat vires, vt ait Apo  
 imò potius iis sit inferior.

*1. Cor. 10.*

Tertium auxilium & præsidium in fauorem  
 siæ erit concursus Diuinarum inspirationum.  
 enim Deus illuminabit intellectum, & fraudes  
 cias AntiChristi cognoscat. Secundò, fideles  
 Christum & præmi expectatione corroborabit  
 tiò, contra amaritudinem persecutionis infundet  
 tui amoris dulcedinem. Denique, quò magis  
 tur fideles exterius in corpore; eò maiorem in  
 anima percipient consolationem. Et hæc de  
 persecutionis Anti. hristi dixisse sufficiant, prog  
 sur ad secundum punctum de effectibus:



Quemadmodum mirabilis & stupenda erit virtus eius in Mundo; ita stupendos quoque producet effectus, qui ad quinque principales reduci possunt.

Primus erit, Monarchia; secundus, quod à Judæis pro Messia agnosceretur & recipietur; tertius, quod adorabitur ut Deus in templo Hierosolymitano restituito; quartus, extraordinaria molestatio, vexatio & perturbatio Ecclesie; quintus, excellentia fortissimorum Martyrum.

Quò ad primum, cum venerit Antichristus totum Mundi Imperium reperiet destructum, divisumque in decem Regna, quæ ipsemet Antichristus inuadet & occupabit. Unde solus ipse remanent totius Mundi. Monarchia & Imperator: *Data est illi potestas in omnem tribum & populum, & linguam, & gentem,* quod est idem

*Apol. 13.*

dicere: Antichristus vniuersali Mundi gaudebit dominio. Er hoc est, quod dicitur Apollolos: non veniturum

*2. Thess. 2.*

Antichristum, nisi venerit discessio primum. Subtrahentur illi ab obedientia Romani Imperatoris: quamquam alii

*Dam. c. 7*

hunc locum intelligant de separatione & discessione S. M. Fidei, Et eadem veritas confirmatur ex aliis sacris Scripturis locis, ex traditione Ecclesie & communi Sanctorum Patrum opinione. Ex hisce decem Regibus

*24. 12.*

Chaldeis & superatis tres ab Antichristo interficientur, septem eius diuini sese subiciant, eruntque eius ferocii & confederati, iuxta prophetiam Danielis c. 7. &

*Apol. 17.*

*Hier. q. 11.*

*ad Algas.*

*Tertull. in*

*in Apol. c. 3*

*Cyrril. Ca-*

*tech. sup.*

*Theoph.*

*Ambr. in 6.*

*2. Thess. 2.*

*Ioan. 5.*

Neque hoc solo temporali Regno contentus erit Aduersarius Christi, sed ad spirituale quoque anhelabit: & cum simulatione apparentis sanctitatis & miraculorum ab Hebræis pro vero Messia recipietur: vt sic verificetur Prophecia Saluatoris: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis; qd. ego de celo in terram veni in nomine Patris mei, & nolulistis me, vt Saluatorem & Messiam vestrum agnoscere & acceptare: veniet vnus alius, qui erit Antichristus, mihi prorsus contrarius, hostis & aduersarius meus, & illum vt Deum & Messiam vestrum recipietis: pena iustæ promerita, & tam enormi culpæ optimè proportionatior*

MOYSI  
DEREI  
20. I  
OV

Thoro. posterior

L

portio-



proportionata: quia qui odit lucem, manet in tenebris  
& qui fugit vitam, damno suo rucin amplectitur.  
Neque hic inexplebilis cupiditas & ambitio, quae  
& cor Antichristi accendet & inflammabit, gra-  
stia. Ultra dominium status temporalis & hono-  
fici, ultra dignitatem Messiae & Filii Dei ab illo  
num iniquissimo acceptam, ad tantam deo-  
mentiam & temeritatem, ut tanquam filius  
verus atheus negaturus sit Deum autem esse, &

*Dan. II.* ut verus Deus adorari velit: *Eleuabitur, & magnus*

*2. Thess. c. 2.*

*aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deum*  
*tur magnifica, puta calumnias & blasphemias. Pro-*  
*plo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus;* in  
templo Dei in Hierusalem, ubi ut Deus adorabitur  
pter hoc magnum sacrilegium filius perditionis  
sto recepit nomen & titulum Abominationis:  
*natio desolationis stans in loco sancto: Antichristus*  
abominatio Ecclesiam Dei deuastans & deponens  
quando statua eius in templo collocabitur, & tan-  
Deus adorabitur: & ut de vna abominatione transi-  
ad aliam: ipsam ut Deus adorabitur, & simul *Dan.*

*Dan. II.* adorabit: *Deum Maozim in loco suo venerabitur*

iuxta alios expositores, Maozim est locus ad orientem  
Daemone adorabit in Maozim, quod inter  
Turris valde fortis & abscondita. Haec igitur em-  
gia & impia Antichristi: professio; negare verum Deum  
& in particulari Christum, negare etiam saltem  
credere & confiteri seipsum solum ut Deum, &  
& confiteri solum Daemone & suam fortitudinem  
auxilium.

*S. Aug. Ps.*

*9.*

tio & dispositio Ecclesiae, Tres dantur (ve alle-  
gustin.) Ecclesiae persecutiones: Prima Tyranno-  
lenta; secunda Hæreticorum fraudulenta; tertia An-  
ti violenta & fraudulenta simul, & hæc omnia in  
em. Ab hac tertia impugnabitur, at non expugnabitur

*S. Chryso.*

*Hom. 4. de*

*verb. Isa.*

Ecclesia: *Facilius est Solem extinguere, quam*  
*obscurari: Lux Soli potius, quam Ecclesia dec-*  
Nunquam à veritate recedet promissio Christi  
eiusque successoribus facta: *Tues Petrus*



legunt) Petra, & super hanc Petram adificabo Eccle-  
 siam meam. & hæc petra, utpotè solidum & immobi-  
 le fundamentum, neque ventorum furiâ, neque tempe-  
 statum impetu collidetur aut evertetur: Et porta Inferi  
 non præualebunt aduersus eam; imò ex aduersitatibus  
 & tempestatibus contrariis magis corroborabitur, ma-  
 ioresque resumat vires & vigorem: & instar Rubi Moy-  
 sis, nunquam à persecutionis igne consumetur; sed eò  
 magis potius illuminabitur. Antichristus, utpotè mi-  
 nister & filius sathanæ, Ecclesiam deuicere & exter-  
 minare studebit: at nullum obtinebit effectum, & ipse  
 solus victus & exterminatus abibit, vti mox dicetur.

In quinto & ultimo effectu persecutionis Antichri-  
 sti consistet excellens a Martyrum: Quolibet tempo-  
 re victoriis & triumphis specialibus veluti tot coronis  
 adornatur Ecclesia: at vltimis illis temporibus glorio-  
 sior erit, magisque triumphabit propter inuictam forti-  
 tudinem militum Christi, qui Tyrannorum spernentes  
 crudelitatem, atrocitatemque tormentorum exsuf-  
 stantes, securi aelæri ad palmam martyrii euolabunt.  
 Rationem reddit sanctus Augustinus: quia si modo pro  
 magna reputatur victoria & singulari triumpho, quod  
 quis vincat Dæmonem ligatum, quam gloriosam re-  
 portabit victoriam & triumphum, tunc dimicaturus  
 cum Lucifero à vinculis liberato & soluto? *Si nunc cum  
 Dæmone ligato tantis periculis dimicamus, cum Aduer-  
 sario soluto pugnatè quantò maiuserit periculum? Si-  
 quidem liber comparebit viribus omnibus solutis & ex-  
 peditis, sed quò periculiosior tunc erit conflictus, eò  
 maiorem victori conferet gloriam.*

Hi persecutionis effectus erunt: dicamus de fine.  
 Grauiissimo huic bello & prælio inter Antichristum &  
 Christum, inter Antichristum & Christianos, inter  
 Luciferum & S. Michaelem finem statuet mors duorum  
 egregiorum belli Ducum, qui pugnabunt in fauorem  
 Christi, ac denique mors etiam ipsius Antichristi, eius-  
 que sequacium.

MOYSI  
 DEREI  
 20. I  
 OV

S. Aug. lib.  
 20. de Civ.  
 Dei, c. 28.  
 apud Bar-  
 rad. de An-  
 tichristo.



Apo. 13. 17

Sacra narrat H. storia, quod, postquam ceteri  
 duo præcones Christi, cum per seipso, cum per  
 pulos suos compleverint prædicationem suam  
 tum Mundum, desiderantes magno seruire iam  
 expectatam & dilatam Martyrii palmam, tandem  
 Antichristo se vinci & superari permittent, eique  
 sunt licentiam, vt in seipso sæuiat, & crudelitate  
 suo libitu exerceat. Quapropter *bestia*, quæ  
*de abyfso, occidit eos*, bestia, inquam, Luciferi inferi  
 egressa, suffragante suo iniquitatis instrumento  
 Antichristo, interficiet Dei seruos, & sancta coru  
 pora tribus diebus cum dimidio insepulta iaceb  
 medio platearum. Coram huiusmodi spectaculo  
 tichristiani Christi hostes & inimici lætabunt  
 exultabunt, ac si iam sua expleuissent desideria,  
*duo Propheta cruciauerunt eos.* Et ratio tanta  
 erit: quia Sancti ratione potestatis, quam habeb  
 pora, gaudebunt, corpora sua castigari & cruciatu  
 bolico illo Tyranno, vt hoc medio animæ suæ  
 assequantur. Verum non diu durabit illud in  
 gaudium: etenim post tres dies subitò & vno  
 sancta illa corpora resuscitari videbuntur: Spiritu

Apo. 11.

*à Deo intravit in eos, & steterunt super pedes suos.*  
 resurrectio verum ac reale Altissimi opus erit: sp  
 namque vitalis propriæ animæ reuertetur in coru  
 pora, ac resurgent agilia, gloriosa, impassibilia,  
 Solis luce splendidiora: & audirâ e cælo voce, qu  
 in clamabit, dicens: *Ascendite huc* (in uicissim  
 milites ad triumphum vestrum ascendite) *ascendite*  
*in cælum in nube ad modum currus triumphaliu*  
*mata, Angelorum occurrentium, laudesque eoru*  
*triumphum de prædicationum stipati comitatu.*  
 quia post tres dies resuscitabuntur similes erunt  
 in Resurrectione: & sic etiam eidem in Ascensio  
 ab similes erunt, quod ascendent in apparatu  
 Angelorum comitatu. *Et uiderunt illos inimici*  
 hoc spectaculum ad eod gloriosum non obtenebrab  
 nocte, sed in luce diei clarescet, cunctisque eorum  
 bus manifestabitur in maiorem eorum poenam & c  
 fusionem. Undè subiungit Diuinum Oraculum:



mor magni cecidit super eos. Et timorem subsequetur effectus, quia in illa hora factus est terra motus magnus & horribilis. Et decima pars ciuitatis decidit, & occisa sunt hominum septem millia. Et reliqui in timorem sunt missi, & dederant gloriam Deo caeli, qui, nimirum, adhuc superuuent, deterriti tali exemplo ad Deum & ad Christum se conuertent: ut verificetur prophetia & vaticinium Apostoli: *Tunc omnis Israel saluus fiet*; in fine Mundi omnes Hebraei conuertent se ad veram fidem & legem Christi. Rom. 11.

Hic erit gloriosus sanctorum Christi Praecursorum finis, à quo multum discrepabit finis Antichristi, eiusq; asseclarum.

Post sanctam & gloriosam mortem & Martyrium Enoch & Eliae, veluti ex sacro textu colligimus, adhuc superuiuet Antichristus triginta diebus, sub quorum finem, quia in omni-ous falso & apparenter Christo similis studebit, ascendet Montem Oliueti, ibique ope & arte Dzmonum, qui sub specie & forma Angelorum lucis comparebunt, eleuatus, spectantibus videbitur propria virtute ascendere in caelum. Ob hanc visionem omnes Antichristi sequaces obstupescati & attoniti, eidem, ut Regi suo, acclamabunt, & tanquam proprium & verum Deum ipsum adorabunt. Apoc. 11.

Et ecce, Diuina ita disponente Providentia, quae diuturno tempore falsitatem neutiquam regnare permittit, ipsemet Christus comparabit in medio caeli: *Et spiritu oris sui (id est flatu suo) suae imperio & mandato suo interficiet eum.* Quia sancto Michaeli imperabit, ut ipsum Antichristum fulmine à caelo descendente feriat, & praecipitet: quare subito aperta magna terrae voragine, *hi duo (Antichristus & Praecursor eius) vini missi sunt in stagnum ignis adentis sulphurei*: à Sancto Michaeli fulmine tacti viui in aeternas flammis prosterneantur; alii verò omnes Antichristi asseclae igne misere absumantur & peribunt. *Et ceteri occisi sunt in gladio.* Apoc. 19. Ubi per gladium non intelliguntur arma, sed fulmen & flamma ignis: quemadmodum colligitur ex alio loco Apocalypsis: *Et descendit ignis de caelo, & deuorauit eos*: Apoc. 21. Praeterea cum his omnibus pariter castigabitur Lucifer



*Apo. c. 20.  
& c. 14.*

tanquam omnium caput: Et Diabolus, qui  
eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris: id est  
cifer generalis seductor protrudetur in idem  
ignis & sulphuris: ubi & bestia, & Pseudoprophetæ  
buntur die & nocte in sacula æculorum. Hic est  
tremendæ & miserabilis tragædiæ Antichristi.  
ius conclusione S. Joannes dicit hæc verba: Huius  
ria Sanctorum est: in consideratione æternitatis  
rum, in qua punientur reprobi Sanctorum enun-  
tientia. Quia, ut benè affirmat S. Augustinus,  
bibet tribulationis poculum, metuens ignem gehem.  
Quis non lubenter & patienti animo sufferet ma-  
portalia huius vitæ, ut effugiat æterna? Transacta  
teritâ hac cum morte Antichristi tempestate, &  
Luciferi factâ captiuitate, S. Ecclesia magnâ  
quiete gaudebit: & omnes in nouitate vitæ, in  
Christi, in conformitate legis & morum con-  
Deo dabunt gloriam, quia fecit in illis misericordiam  
suam, eosque ab erroribus & fraudibus Antichristi

Pro capitis huius complemento superest, ut  
videamus, quæ nam sit causa, ob quam Diuina  
dementia permissura sit tam magnam in Ecclesia  
lacionem, & cur tam amplam ac liberalem Dæmo-  
necdat licentiam & facultatem tentandi Christi  
eisque nocendi. Varia adduci possunt rationes,  
que proposito huic conformes & optimæ; ac  
contentus ero. Ut, nimirum, magis innorescat, quæ  
fragilitas & debilitas nostri liberi arbitrii in  
honorum, & quod non multum nunc à Dæmonibus  
figamur, & tentemur, nostre non sit attribuen-  
turi; sed quia Deus per suam misericordiam ma-  
rum continet ligatas, nec permittit, ut nos tenta-  
vi & efficaciam, quantam vellet & possent. Unde  
dicitur *habere clauas Mortis & Inferni*. ubi per  
intelligitur Dæmon, in quantum est causa Mortis  
*men illi Mors*) Enimvero Christus pro suo arbitrio  
tentiam Dæmonis ligare & liberare, limitare &  
re potest, ut tentet, quantum possit & velit, sed  
quantum Deusei permittit, & ne nos tentet supra  
nostras. Unde semper graui sumus, oportet, tanta

*Apo. c. 1.  
& c. 6.*



gnitati Dei, quod potestatem Dæmonis in homines ita  
 constringat, & intra limites contineat. O nos miseros, si  
 habere facultatem & licentiam agendi id quod potest!  
 Quis tam potenti & crudeli & duerario resistere possit?  
 Quare omni diligentia & conatu fugiendum est pecca-  
 tum etiam leue, quia Deus in pœnam peccatorum per-  
 mittere solet, ut in damnam nostram vites Inimici acce-  
 scant & augeantur.

*Commotio in Angelis & Cælis.*

Caput IV.

PRiUSQUÂM Deus vltimâ pœnâ & supplicio peccato-  
 res afficiat; & eosdem iustissimâ animaduersione pu-  
 nit, non deerunt varia signa, eaque horrenda & terribi-  
 lia, quæ Diuina Pietas eis manifestabit, v& sancto corre-  
 pti timore *fugiant à facie arcus*, fugiant, nimirum, iram *Psal. 59.*  
 Dei per conuersionem & emendationem vitæ. Ac  
 primo consideremus signa Angelorum: *Angelus iurauit*  
*per viuentem in sæcula, quia tempus non erit amplius. Apoc. c. 10.*  
 Comparabit Angelus Domini in forma corporea: &  
 ponendo vnum pedem supra mare, & alterum supra  
 terram exponet ac declarabit, quâ ratione Deus vni-  
 uersalem habeat possessionem, & dominium in omnes  
 res creatas, ac nullus iustam eius sententiam effugere  
 possit; & iurabit per æternitatem Dei, quod post cla-  
 psum breue tempus nullum supersit aliud tempus.  
 Quod est idem dicere: Jam tempus est, o peccatores,  
 quo ad Deum recurrere & vos conuertere possitis: hoc  
 enim tempore cessante, cessabit motus cæli cum fine  
 Mundi, nullus impofterum dabitur locus emendationi  
 & penitentiæ. Et hanc veritatem iuramento æterni-  
 tatis Dei confirmabit & attestabitur, ut eos instruat &  
 doceat, non tempori, quod præterit & auolat; sed  
 æternitati semper corda nostra debere esse affixa.

Subsequitur aliud signum. Signati erunt Christiani



Apo. c. 7.

Crucis signo, nē simul cum Antichristianis puniret de  
ira Divina: Nolite nocere terra & mari, neque arboribus  
quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus  
dixit Angelus superior aliis quatuor Angelis  
Dei ministris. Et hoc signum formabitur, videtur  
quilibet Christianus manu gestabit quandam  
materiale, veluti modò nonnulla gestant Religiosi  
vel quia frequenter hoc signo in fronte & pedibus  
gnabunt, ut omnibus veros Christi seruos se manifestent  
& declarent; vel quia ipsemet Angelus Dei frontibus  
Christianorum hoc idem signum inscribet. *Deus.*  
procediamur ad signum omnium terrarum  
quarum volantem, ruinam & stragem imitantem.

Scribit S. Joannes, quod videtur & audire  
præsentatione imaginaria (realis representatione  
in fine Mundi futura est, figura) magnam quendam  
quarum, quæ per aërem volabit & clamabit hæc  
prorumpens: *Va, va, va*: Et vidi & audiui tres  
quarum volantem per medium Cæli dicentis: *Va, va, va*  
tantibus in terra. Hæc Aquila erit quidam Angelus  
specie & forma Aquilæ, & trina illa voce tripliciter  
minabitur summam ruinam & miseriam Mundum  
nentem: & illud triplex *Va* triplicem indicat  
corporis, videlicet, animæ, & æternæ damnationis  
bitantibus in terra, id est, diligentibus terrenis  
nensibus cælestia: reprobis namque & malis  
bus duntaxat, qui non corpore tantum, sed corde  
que in terris habitant & bonis terrenis cælestia  
nuat, hæc pœna infligetur.

Hugo.

Matth. 24.

De vocibus procedent ad facta & opera.  
celorum commouebuntur: disturbabitur ordo  
metria celorum: vnde omnia susque deque ferentur.  
Aut per Virtutes celorum intelligantur Angeli  
Chori, miraculorum operatores: quia sub finem  
di infinita & stupenda operabuntur miracula,  
natos deterreant peccatores, eosque ad penitentiam  
conuertant.

Matth. 24.

De signis Angelorum transitum faciamus ad  
celorum: Sol obscurabitur, & Luna non dabit  
suum, & Stella cadent de celo. Omnes stellæ &



denfissimis & obfcuriffimis cooperientur tenebris: quia Deus non concurreret deinceps cum eis ad illuminandum: induentur veftimento lugubri, quali lugerent: & plangerent vniuerfalem Mundi mortem: lux abscondetur, & occulabitur, quia à corde miferorum Antidam catholicorum difcedet & exulabit omnis lætitia. Et

*Apoc. 6.*

*Commotio in Inferno & Dæmonibus.*

*Cap. V.*

Inferus quoque futuri & instantis Iudicii signum dabit: *Angelus Domini aperuit puteum Abyffi.* Descendet Angelus Domini, & aperiet portas Inferni hactenus semper occlusas. Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magna. Et è profunditate abyffi exurgit magna copia fumi, similis ei, qui exurgit è magna fornace. Et obfcuratus est Sol, & aer de fumo putei: & ex obfcuriffimis fumi nebula obtenebrabitur, cælum, & tota terra obfcurabitur.

*Apoc. c. 9.*

Hæc nouis Inferni signis correfpondebunt alia figna Dæmonum. Omnes namque Dæmones noua rabie & furore agitantur: & terribilium horrendorumque monftrorum affumentes fpecies & formas inimicos & rebelles Chrifti tormentis exquisitis affligent & excruciantur. De fumo putei exierunt locufte. E fumo infernali egredientur Dæmones fub fpecie locuftrarum, aliorumque animalium monftruoforum, ex variis figuris hominis, equi, leonis & fcorpionis compositorum, & torquent Antichriftianos. Primò, deterrendo terribili tali afpectu. Secundò, pungendo caudâ fcorpionis,

*Apoc. c. 9.*

L 5

LOYSII  
DEREI  
M. D.  
O V



pionis. Tertio, mordendo dentibus leonis. Inter  
 mones vnus reperietur, cui nomen Mors, palli  
 dens equo: & quocunque locorum ibit, subit  
 eum Inferus; Et ecce equus pallidus, & qui  
 loc. cit. per eum, nomen illi Mors, & Infernus subsequatur  
 per hunc equum pallidum intelligi potest Antichri  
 stus, cui nomen Mors, est diabolus, quia illius ca  
 stit: ipsum sequitur Infernus, quia quocunque  
 suam asportat poenam. Et data est illi potestas sup  
 tuor partes Terra interficere gladio, fame & morte  
 suis terra: & Lucifero, mediante Antichristo  
 affectis, conferretur potestas super quatuor Mundi  
 ut plurimos fame peste & belle occidere possit.

### Commotio in hominibus.

#### CAPUT VI.

Inter procellosi maris à variis furiosisq; vētis ag  
 tus representabitur Mundus, cū ad occasum de  
 Dan. c. 7. Ecce quatuor venti pugnabant in mari magno. Ven  
 secutionum, tumultuum, assultuum, seditionum  
 Luc. 21. in terris debachabuntur: Surget gens contra gen  
 Regnum aduersus Regnum, & armis contendet  
 tuor bestia &c. quæ sunt quatuor Monarchiæ, Ch  
 rum, Assyriorum, Græcorum & Romanorum  
 in destructionem alterius: prima deuorabitur à se  
 secunda à tertia: tertia à quarta, & post hanc ven  
 loc. cit. tichristus. In hac strage & vniuersali conflictu,  
 erit pressura gentium, & velegunt alii, coarctatio  
 stia, pressura Non videbitur aliud in mundo, quā  
 pressio, conculcatio, cædes & ruina. Id verò, quod  
 superabit malum, summumq; malum futurum er  
 erit dolor poenæ præsentis; sed timor poenæ futu  
 loc. cit. sentibus hominibus præ timore. Apparcbunt veluti  
 Et trunci, veluti emortua cadauera & ymbrae noct  
 veluti horrenda phantasmata. Præ timore, effectus  
 ris venturæ Iræ Diuinæ: ignis, qui tam ex Infer  
 pere videtur: Iustitiæ Dei, quæ virtutem suam ob  
 & inuere incendit quantum de suo rigore præ  
 sæculis occultauerit & elauerit.



## Commotio in elementis.

## CAP. VII.

**T**erramotus factus est magnus; qualis nunquam fuit, *Apoc. 1. 6.*  
 Talis futura est concussio terræ, qualis nunquam *& c. 18.*  
 hæc usque visa vel audita fuit. Et ciuitates gentium cecide-  
 runt: & corruent in terram ciuitates Gentilium. Et *Psal. 45.*  
 transferentur montes in cornu maris facti insulæ maris, &  
 tota terra mutabitur in voragine, voragine in abyssos,  
 abyssus in ora Inferni horrida, quæ aperientur, vt viuos  
 deglutiant peccatores.

Terræ consentiet Aer. Grandis magna sicut talen- *Apoc. 6. 16.*  
 tum descendit: grandines immensi ponderis & magni-  
 tudinis ex aëre decident. Et ex grandine facta est plaga  
 magna: & ex hac pluuia grandinum & lapidum magna  
 consocietur plagâ, quâ percutientur Gentiles: Et blasphe-  
 mauit Deum: vbi hac percussio plagâ ad Deum se cõ-  
 uertere deberent, indurati & obstinati in propria malitia  
 sacrilega ora aperient, Deoque maledicent.

Nec deerunt signa in aquis: Facta est tertia pars ma- *Apoc. 8. 8.*  
 ris sanguinis: mare maiori ex parte conuertetur in san-  
 guinem. Mens magnus, igne ardens, missus est in mare:  
 tertia pars maris ex ardore ignis etiam exiccabitur. Et *Apoc. 8. 9.*  
 facta est tertia pars aquarum in absinthium: & aquæ po-  
 tabiles, quæ destinatae erant in refrigerium, & salutem  
 hominum, causabunt mortem eas bibituris.

Aqua se coniungit & associabit quoque Ignis in de- *Apoc. 8.*  
 structionem Mundi. Ignis missus est in terram: pluuia  
 ignis vna cum pluuia grandinum & sanguinis decidet in  
 terram: Et erit grando & ignis mista in sanguine: & con-  
 ficietur quasi magna quædam massa ex grandine, san-  
 guine & igne compolita. Et tertia pars Terra combu-  
 sta est: comburetur tertia pars terræ.

Vltra hæc signa elementaria, alia adhuc erunt  
 magis articulata, vt tonitrua & voces humanæ: Et fa-  
 ctæ sunt tonitrua, & voces, & fulgura: & inter coni-  
 trua &

COYSII  
 DEREI  
 O V



trua & fulgura vnde quaque audientur horrenda effecti-  
 biles voces, formatae in hæc aut similia verba: *Veni-  
 venio cito, ecce vicinum Judicium: Ecce Dominabit  
 igne veniet: ecce Judicem omnes suos inimicos malo  
 & igni adiudicaturum & condemnaturum. Mis,  
 dicium para iustitiam, & dispone te per exercitiu  
 norum & sanctorum operum.*

Hic finis imponitur signis, quæ præcedent Judicium  
 & concludamus hanc materiam triâ reflectione nou  
 mō reflectamus nos ad infinitam Dei misericordiam  
 quæ tot tantisque mediis, non amoris dumtaxat pore  
 etiam timoris & terroris quærit & sagaxit emulsi  
 catorum corda, & eadem ad se convertere nititur. *calo  
 eundō reflectamus nos ad obstinationem & in  
 dinem cordis humani, quod tot tantis que misericordi  
 sus non commouetur, non timet, nec formidat. *(E  
 terribilium, vltimam miseriam, vltimum & lūe  
 malum ignis infernalis, & æternæ damnationis  
 reflectamus nos ad remedium pro tam extremis  
 quia nostrum est credere, quod sit Judicium, quod  
 dex, quod detur sententia & pœna: & debemus  
 re certitudine infallibili primæ veritati coadue  
 cogitare ac recogitare, & penetrare, quâ ratione  
 sit commutatio, de breui voluptate transire ad  
 æternum.**

### De pluuia & diluuiō ignis.

#### CAP. VIII.

*psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet.* Christus Judæorum  
 nict ad vniuersale Judicium; & iphus adue  
 star præcursoris præcedet densissima ignis pluuia  
 exuret & absuret totum Vniuersum. Et quæ  
 dum diluuium aquæ, quod fuit tempore Noë,  
*Gen. 6. 7. tam excreuit altitudinem, vt quindocim cubito  
 fuerit aqua super montes, quos operuerat; eodem  
 & ad eundem terminum ascendet diluuium ignis  
 hoc diluuiō modō tractabimus, sicut & de stupore*



effluibus: qui, iuxta D. Augustinum, ad quinque redu-  
 untur: Primus, purgabit Mundum: secundus, purifi-  
 cabit bonos: tertius, ex cruciabit & torquet impios &  
 malos: quartus, in cineres fauillasque omnes, tam bo-  
 nos, quam malos reducet: quintus, damnatos post Ju-  
 dicio abforbet, & cum eis in Infernum descendet.

Ut exordiamur à primò, veritas cathòlica est, ante  
 finem Mundi elementa & cœlios renouandos fore, ac  
 nouâ luce & claritate inuictendos, vt Vniuersum hoc o-  
 culis Beatorum appareat pulchrius & illustrius, & cor-  
 pore humano dotibus Gloriæ ornato, iisdem quoque  
 suo modo exornentur creaturæ ei subiectæ. *Ecce creo* Iſa. 56.  
*caeli nouos & terram nouam. Renouabit cœlum & ter-*  
*ram, ac alta elementa mutatione non substantiali, sed*  
*accidentali: sicut namque Apostolus: Frateris figura* I. Cor. 7.  
*(non substantiâ) huius Mundi. Mundus præteribit* S. Tho. 3. p.  
 & mutabitur, non quò ad substantiam, sed quò ad for-  
 mam externam accidentalem: renouabitur recipiendo  
 nouam accides, non verò nouam formam substantia-  
 lem. Hoc nouum accidens noua erit qualitas lumi-  
 nis & claritatis, quæ de nouo resultabit in elementis ex  
 reflexione & illuminatione corporum cœlestium, quæ  
 tunc tantâ constabunt luce & splendore, vt facile ele-  
 menta lucida efficere possint. Ex hac corporum cœ-  
 lestium illuminatione: *Terra erit lucida & peruisa, sicut* S. Tho. l. c.  
*vitrum in superficie: Aquâ sicut crystallus: Aer, sicut*  
*nunc est cœlum: Ignis, sicut nunc sunt luminaria cœli, Sol*  
 & Stellæ. Eadem renouatio, imò maior futura est in  
 cœlis: *Cœlestia corpora in Mundi inuolutione ampliori* S. Thom. in  
 luc & claritate decorabuntur. Et hoc maius luminis  
 incrementum non fiet ab extrinseco, vt nonnulli asse-  
 runt, ex splendore, nimirum, luminis corporum beato-  
 rum, hoc obseruato ordine, vt corpora gloriosa suum  
 lumen iustuant in cœlos, cœli in elementa; sed, vt pro-  
 babilior fert sententia, ab intrinseco, tanquam dispositio  
 intrinseca miraculosè à Deo causata, non propter neces-  
 sitatem; sed propter maiorem gloriam & voluptatem  
 Beatorum.

Præterea hoc augmentum luminis non erit idem  
 in omnibus, sed diuersum in diuersis corporibus. *Erit*  
 lux

S. Aug. lib.  
 20 de Civ.  
 c. 18. Gloss.  
 ord. 2.  
 Thessal. 1.

S. Tho. o-  
 pusc. 60.  
 art. ult.  
 S. Tho. in 4  
 dist. 47. q. 2  
 Iſa. 56.

I. Cor. 7.  
 S. Tho. 3. p.  
 q. 74 a. 6.

Suarez diff  
 18 sect. 2.

S. Tho. l. c.

S. Thom. in  
 4. dist. 44.  
 q. 3.

Richd. in 4  
 dist. 48. p. 5

COYSEI  
 DERET  
 II  
 OV



Isa. c. 30. lux Luna, sicut lux Solis, & lux Solis septies  
erit: ac modò est, & corpora beatorum septies  
cidiore erunt.

Hæ sufficient de renouatione & gloria  
Mundi, quæ ob plures fines contiget: primo,  
quia Dei in Mundo magis resplendeat: secundo,  
qui est inter spiritus, reperiatur quoque inter  
spiritus humani in Gloria similes erunt spiri-  
gelicis, & elementa quoque in claritate ipsa  
milia erunt: tertio, vt Beati etiam oculo

*S. Th. 1. c.* quasi sensibilibus, videant Deum in Mundo  
to: quarto denique, vt in Mundo sit  
quidam dies, quem nulla nox interrumpat:  
præter lumen Solis & Lunæ. & cælum tunc  
dius, quàm modò sit Sol, illuminabit vtramque  
di partem.

Vltra hanc renouationem Mundi postea  
fiet per additionem luminis, adhuc alia erit  
quæ fiet per renouationem imperfectionis contra-

*S. Th. 2. c.* ris & repugnantis Gloriæ, & est corruptio  
infectio culpa: quia elementa in statu præsen-  
tibus retinent qualitates, suntque domicilia  
bitaculum hominum peccatorum: accedet  
purgabit elementa ab omni qualitate contraria,  
bet elementum reducens ad suam puritatem,  
terra non sit aliud, nisi terra, in aëre nil sit  
aër, & sic de aliis. Tolle in super eorum ali-  
decentiam & incongruitatem moralem contra  
peccatis in hoc Mundo commissis: quemad-  
templum aliquod contaminatum per peccatum  
patratum, non censetur amplius locus sacris  
riis aptus & idoneus, nisi primò aliquo modo  
detur & purificetur. Totus hic Mundus est  
templum Gloriæ Dei: vt igitur fiat habitaculum  
poribus beatis conueniens, igne prius mundus  
purificetur, necesse est. Mundus ergò igne  
& renouatus tria duntaxat continebit corporum  
ra: cælos, elementa, & homines: adeoque  
bunt, & absumatur omnia mixta, vt sunt bruta,



S. Tho. in 4  
dist. 48. q. 3

ministrata; cum enim ille sit status incorruptionis, nul-  
la admittet corpora, nisi natura sua incorruptibilia, uti  
sunt cœli, & elementa secundum totum, & homines se-  
cundum animam. Unde sequitur, quod illud, quod  
apud peccatores modo est in magna æstimatione, ut  
sunt homin. agri, palatia, magnifica domus, insuper the-  
sauri, diuitiæ, gemmæ; quodque nunc iudicatur, ut ait  
Propheta, Hortus voluptatis, tunc erit solitudo deserti:  
quia ignis conflagrationis cunctas has delicias & diuitias  
absument, destructæ, ac in nihilum rediget. Intimæ pene-  
trabit terræ viscera, omne argentum & aurum ibidem  
sepultum, ut & metallorum fodinas deuastabit & con-  
sumet. Hic erit finis desideriorum & concupiscentia-  
rum mundanorum hominum: totum ignis absument  
& deuorabit, totum cibus erit & alimentum flama-  
rum voracium. Cor igitur nostrum nis duntaxat  
bonis, quæ non timent ignem, nec temporibus aut corrup-  
tioni & mutationi subiecta sunt, affigendum est: hæc  
sunt æternæ diuitiæ, deliciae perpetuæ, gaudia im-  
mensa cœlestis gloriæ. Hæc amate, hæc desiderate,  
hæc sint scopus & finis vestrarum voluptatum & affe-  
ctuum.

Quamuis circæ ea, quæ dicta sunt, communis extet  
opinio, non deero tamen in referenda aliqua particulari  
sententia, quæ est sancti Anselmi, ac proinde, cum sit  
tanto digna Authore, suâ non caret probabilitate: exi-  
stimat igitur hic S. Doctor, Terram post finem Mundi  
floribus immarcescibilibus condecoratum iri: tum quia  
digna fuit sustentare & intra se continere Diuinissimum  
Corpus Christi; tum etiam, quia madefacta & irriga-  
ta sui sanguine Martyrii; vnde in maiorem gloriam  
Sanctorum apparebit vnus instar paradisi. Verba S. Ansel-  
mi sunt hæc; Terra, quæ in corpore suo Corpus Christi con-  
suet, tota erit vt Paradisus: & quia sanctorum  
sanguine est irrigata, odoriferis floribus, liliis, rosis,  
vniuersa immarcescibilibus erit perpetuo decorata. Inquirunt  
Doctores in hac materia, quando nam futura sit hæc  
Mundi renouatio, num ante, vel post vniuersale  
Iudicium. Sanctus Augustinus existimat eam fura-  
ram post Iudiciû, sic enim determinat. Post Iudiciû vlti-  
mo lo-

COPIA  
DEREI  
O.V.





imo loco erit conflagratio & Mundi innovatio.   
 mas contrarium ceoſent eſſe verius, eventuran-   
 cet ante Iudicium. Vtraque opinio probabilis   
 hilominus ſententiam Sancti Thomæ probat   
 eſſe indico propter hanc rationem, quam idem   
 doctor etiam innuit, vt Mundus reddatur idoneus   
 poſitus ad recipienda Beatorum corpora; & multo   
 recipiendum Corpus Chriſti & ſanctiſſimæ Mariæ   
 ideò expurgari & mundari debet ab omni   
 ſordiditate & phyſica & morali. Ad authoritatem   
 Auguſtini reſpondet deinde S. Thomas: *non dicitur   
 do, ſed opinando.* Neque dici vel obiici poteſt   
 dum de nouo damnatorum præſentia inſit   
 quia tunc Mundus quali ad Gloriæ ſtatum eleuatus   
 imperfectionis incapax erit, neque eam perſe   
 admittet præſentia Corporis Chriſti & Beatorum   
 Quod ſi tamen minima aliqua macula remaneat   
 purgabitur, tolleturque eodem igne, qui expectat   
 pletoque conflagrationis ſuæ officio deſcendat   
 Infernum, & aliter ſeſe coniungat in perpetuum   
 & tormentum miſerorum peccatorum. Hanc   
 mo effectum ignis.

Secundus effectus ignis eſt purificare bonos   
 ſtos, qui in vita ſua plenam hanc ex huius ſar-   
 nem pro ſuis peccatis: vnde ignis ille inferuet   
 Purgatorii: Et quia dictus ignis inſtrumentum   
 ſtirac Diuinæ operabitur, ſententiæ boni cruciatum   
 ignis, plus, vel minus, pro meritorum diuerſitate.   
 ignis ſufficiens erit, vt tam breui tempore omnia   
 ta & culpas purgare poſſit: primo, quia pauca   
 eorum purganda eſt quod omnes boni tribulationibus   
 perſecutionibus præcedentibus valde bene purgati   
 mundati fuerint. Secundo, quia poena voluntaria   
 id magis purgat, veloci eſt poena huius vitæ, & eſt   
 ſatisfactoria, quam poena poſt mortem. Tertio   
 intentio poenæ ſupplebit breuitatem extensionis   
 poris.

S. Tho. 3. p.   
 lec. cit.

Tertius effectus. Torquebit malos, & tunc   
 ſeſſionem capiet illorum corporum, quæ hinc   
 ab igne



ferno per totam aternitatem excruciat. Neque deerit  
ignis corporibus emortuis; quia subito resuscitata  
ab eodem instabaneur igne, quo post mortem rediuiua  
excruciatuatur.

Quartus effectus. In cineres rediget omnes ho- *S. Tho. lo. 6.*  
mines tam bonos quam malos; at iusti, qui ab omni  
culpa & reatu liberi reperientur, nullam ab igne percipi-  
ent poenam & dolorem: quemadmodum tria adole-  
scantum corpora in fornace Babylonica ab omni poena  
& dolore euolare libera. *Dan. c. 3.*

Quintus & vltimus effectus istius ignis erit deglu- *S. Tho. 3. 2.*  
tite & absorbere damnatos post Iudicium, & cum eis  
dem descendere & deturbari in Infernum. *Fluuijs*  
*Dan. c. 7.*  
*Psal. 96.*

ignis rapiusque egrediebatur a facie eius ( cum ante  
Iudicium ) Et inflammabit in circuitu inimicos  
eius, & in Infernum omnes ager precipites. Hic erit  
Mundi finis & terminus, maxima Gloria Beatorum, &  
maxima poena damnatorum. *Quidquid erit turpe &*  
*foedum in Mundo, in Infernum cum impio mittetur: quid*  
*quid vero pulchrum & nobile reueruabitur in superioribus*  
*ad Gloriam Electorum. Et sicut Gloria Beatorum post Iu-*  
*dicium erit maior, quam ante; ita & poena reproborum.*  
Et haec de effectibus finalis Igni, purgatiui huius Mundi.

Pro coronide huius capituli, superest, vt considere-  
mus, qua ratione debeamus esse dispositi & parati ad ef-  
fugendam poenam adeo tremendam & horribilem. An-  
te diluuium aquarum voluit, ac praecipit Deus, vt cen-  
tum annorum spatio ante aquarum inundationem ho-  
mines se disposerent, & agerent poenitentiam: quanto  
magis praeparatio necessaria est pro diluuiio ignis? Qui-  
libet interroget seipsum, quomodo praestolabitur igne,  
an vt amicum, vel vt inimicum? Ad bonos veniet, vt  
amicus, non vt eos laedat & offendant, sed disponat ad  
Gloriam: & si quis aliqua contaminatus fuerit macula,  
eam transeuntem tollet; sed ad malos veniet vt inimicus  
& crudelissimus tyrannus, vt Inferni principium, vt eos  
excruciet, torqueat, & praecipitet in abyssum aeternam.

Peccatores eo tempore erunt licet stipula. *Omnes facien-*  
*tas impietatem, stipula, vt comburantur & absumantur*  
ab igne; aut boni & electi, tanquam aurum probatum  
Thom. Posterior. *Malach. 4.*  
M in for-

COYSII  
DEREI  
II  
OV





in fornace illius ignis, migrabunt ad æternos con-  
thusauros.

De ultima tuba citante ad  
Iudicium.

CAP. IX.

Post septem tubas septem Angelorum, qui pro-  
bunt, & operabuntur ultimam stragem & m-  
Mundi, cum tot tantisque signis & prodigiis sum-  
plicibus, & post mortem vniuersalem hominum  
tam ab igne, per quem & omnes redigentur in cin-  
prodibit in medium ultima tuba octauæ Angeli, unde  
vocabit & citabit omnes mortuos, vt accedant ad iudicium  
no se sistant Iudicio. De hac tuba adeo funesta, reman-  
ingratâ malis & reprobris: iustis verò gratiâ & con-  
desiderabili iam differemus, distinguentes & exami-  
tes eius materiam, formam, & efficaciam. Et vti repro-  
ria initium ducamus, tuba hæc, vti affirmat S. Anselmus, vti a  
materialis erit & sensibilis, ex materia aërea composita  
ra, quemadmodum ipsemet Angelus comparatur ad  
forma corporea, & formabitur iussu & præcepto  
sti, ac ministerio Angelico, veluti prædicitur Apocalypsi  
in iussu, in voce, Archangeli, in tuba Dei. Hæc vti  
Dei, horrenda tamen instar tonitru, recipietur ab Angelis  
se, primò, à iussu & mandato Dei: secundò, à ministerio  
& cooperatione Angeli.

Angelus hic erit sanctus Michael Archangelus, Præ-  
cipalis ecclesiæ Princeps, qui & aliis imperabit Angelis, vt  
aliis eodem fungantur officio, cunctisque deum  
aduentum summi Iudicis in Mundum. Hæc vti  
quod, nimirum, non vna sola; sed plures esse debent  
bx, conformis est textui græco, quia vbi in latine  
tur: In iussu, in voce Archangeli, in tuba Dei; in  
loco (in iussu) legitur (in celestimate) id est, cœlesti  
Angelorum: quia ingens aderit exercitus Angelorum.

S. Ansel. in  
Elucid. c.  
69.

1. Thess. c. 4

in iussu, in voce, Archangeli, in tuba Dei.

Dei, horrenda tamen instar tonitru, recipietur ab Angelis

se, primò, à iussu & mandato Dei: secundò, à ministerio

& cooperatione Angeli.

Angelus hic erit sanctus Michael Archangelus, Præ-

cipalis ecclesiæ Princeps, qui & aliis imperabit Angelis, vt

aliis eodem fungantur officio, cunctisque deum

aduentum summi Iudicis in Mundum. Hæc vti

quod, nimirum, non vna sola; sed plures esse debent

bx, conformis est textui græco, quia vbi in latine

tur: In iussu, in voce Archangeli, in tuba Dei; in

loco (in iussu) legitur (in celestimate) id est, cœlesti

Angelorum: quia ingens aderit exercitus Angelorum.



nos qui omnes conflato consensu tubis per totum Mundum resonantibus eadem, ac vniuersum genus humanum cum omnibus spiritibus creatis, & celestibus, & terrestribus, & infernalibus, quasi ad diribitorium, conuocabunt: ut vna omnes in eodem loco compareant, expectentque Christi aduentum ad Iudicium. Sonus & clangor tubarum, qui vndequaue audietur per totum Mundum, non informis & confusus, sed formatus & articulatus erit: neque sonus & vox duntaxat, sed & significatum sensusque verborum percipietur. Ex sonis istis he voces, tanquam fulmina, prodibunt: *Surgite mortui, venite ad iudicium*: vel, ut alii volunt: *Resurgant mortui*: aut dicitur: *Apparate vos, Index enim propè est*. Verba hęc, si non ex toto, saltem maiori ex parte ab omnibus & lingulis percipientur; etenim resurrectio fiet in eodem momento; & sonus verborum aliquo tempore durabit: unde ad sonitum duobus illorum verborum (*Surgite mortui*) omnes mortui resuscitabuntur & resurgent audientque verba sequentia: *Venite ad iudicium*. At quanta cum diuersitate audientur ab omnibus verba ista. *Venite ad iudicium*? quam diuersim repectu honorum & reproborum habebunt significatum? Bonis erunt verba salutis æterna, inuitamentum ad Gloriam, totusque felicitatis compendium; at malis & improbis mortis prænuntius, præambulum damnationis, omnisque miseriæ & calamitatis possibilibus distillatio. Verum purgamus horum verborum efficaciam: *Dabit voci suæ vocem virtutem*, id est, effectum resurgendi mortuorum: voci Archangeli buccinantis dabit virtutem & efficaciam, ut ad resurrectionem mortuorum effectiue concurrere possit: in qua voce variæ causæ considerari possunt: prima ac principalis erit Deus, sanctissima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: secunda, tanquam causa instrumentalis prima & coniuncta erit sanctissima Christi Humanitas: tertia, tanquam causa instrumentalis secundaria & separata erit vox Angelica in tuba. Igitur vox ista erit *Diurna Potentia instrumentum* in resuscitandis mortuis: vnde erit vox significatiua & affectiua seu operatiua simul, quia id operabitur, quod significat, & significabit id, quod operatur.

S. Hieron.,  
S. Chrysost.  
Theophil.

Psal. 64.  
Mag. sext.  
in 4. dist.  
43.

S. Thom. in  
4. dist. 43.  
q. 1. a. 2.  
Suarez  
disp. 50.  
sect. 4.  
Tolet.

M 2 Con-

COUSI  
DEREI  
O V



Ioan. 5.  
& Apost.  
loc. cit.

Considera, quâ ratione ad primum sonum & clamorem huius tubæ, *in momento, in istu oculi, &* ut loquitur S Hieronymus, *in atomo indivisibili temporis* Uniuersum turbabitur, commouebitur, & alteretur. Omnes vnâ vice resuscitabuntur mortui per totum terrarum orbem, & vnaquæque pars Mundi suos mortuos. E mari prodibunt aliquot hominum turmas, iam dudum in eodem submersorum, ex quibus terra sese aperiet in pluribus partibus, & nuda esse ne vestita & redacta in corpora uiuentia restituetur. res quoque & pulueres per diuersas orbis partes vitæ recipient spiritum, & uiuent. Procedet adhaerentius tubæ Diuinæ virtus & efficacia, quippè quæ vigorem suum extendet ad ipsum vsque Infernum, & auditorum aures efficaciter penetrabit. Ecce ad primum illius tremoræ vocis sonitum dampnatae anime Inferni ergastulo exire cogentur: Quis hoc crediderit? Aperietur porta carceris infernalis, quotquot in ea sunt anime, exinde discedere tenent, eligerent tamen potius subire poenam, quàm vnam ponere poenam extra Inferni portam.

Neque id mirum est, quia optimè cogitur, quod egressus ille cedet eis in maiorem damnationem, quodque animæ iam corpori rursùm vnitæ duplicem poenam, quia & in se, & in proprio corpore patietur. Considera illud miserissimum & poenale iter, quod animæ damnatæ conficiunt: primum iter instituetur ab Inferno ad locum, ubi est proprium eius corpus, quod illud persequatur: secundum à loco resurrectionis ad locum Iudicii: tertium à loco Iudicii ad abyssum Inferni. Considera in primo itinere, quomodo miseræ illæ anime egredientur, Dæmonum stipatæ cateruâ, quæ carceris vitas detineant ad locum destinatum, tra carum voluntatem condicant, & cadant, verberent, torqueant. Ex alia parte alii conspiciuntur Dæmones, qui corpori astabunt & animæ aduentum expectant, ut subito simul vniantur, & corpus incipiat vitam potius mortem immortalem. Tunc anima, videri



Corpus suum adeo deforme, abominabile, teterrimum, que exhalans odorem, abhorrebit ingressum corporis; at Dæmones eam intrare compellent. Et quânam se invicem impertiet salute, quomodo anima saluabit corpus, & corpus relalutabit animam? Anima dicet: maledictum corpus, propterea ad hunc deueni statum, tu dampnas me causa existis. Respondet corpus: maledicta anima, tuum erat me corrigere, non consentire effra natis meis cupiditatibus & desideris. O corpus quoddam amicum, nunc inimicum! O visionem quondam valde desideratam, nunc omnino exosam! Cape donum, ô corpus, quod tibi offert & exhibet anima, te suæ reddit pœnæ partem. Et ecce, cum anima intrat in corpus, incipit ardere: ecce subito comparat ardentis instar fornacis ignem undè quaque spirantis. Hic est finis primi itineris, progrediamur ad secundum.

Optaret misera anima hic morari & persistere, & non progredi vltra; at Dæmones eam in corpore adeo graui & ponderoso ambulare compellent: tandem violentiâ Dæmonum coacta locum attinget Iudicii: Quis enarrare poterit, quâ pœnâ, quâ confusione tunc afficietur anima, cum in statu illo damnationis, in præsentia tantæ multitudinis comparebit? Crescet tristitia, quando apparebit summus Iudex eandem condemnaturus. Tertium iter, omnium difficillimum & pessimum, à Iudicio, nimirum, ad Infernum, superest examinandum, de quo mox suo loco diceatur.

Eiusdem vocis imperio aperientur quoque portæ cælorum, vt sine mora descendant animæ beatæ ad viuificanda corpora. O quantum hoc iter d'serepabit ab alio, eò hoc beatius & felicius, quò illud detestabilius & maiori subiectum miseriæ! In primo itinere recedat animæ beatæ à cælestibus sedibus, & ad locum, vbi præparata sunt corpora tam beatam præstolantur consortium, migrabunt. Ad huiusmodi iucundum spectaculum concurrent Angeli, quorum alii assistent animabus, alii corporibus. Accedent animæ,

M 4 & 10



& proximiores factæ visis corporibus, amantissimisque consortibus suis, nono replebuntur gaudio & lætitia. Haud explicari possunt gratiarum ac benedictiones laudis, acclamationes & applausus, quos sibi inuicem referent, corpus animæ, anima corpori. Benedictum corpus (dicit anima) quantum tibi referre gratias! mei causa te semper mortificatum, meisque præceptis obediens semper.

**Job. 12.** nem. Replicabunt Angeli: *Benedicta Deus coram omnibus viventibus consistemini ei, quibus misericordiam suam.* Corpora tumida & vestita Gloria, agilia, subtilia, splendida & nobilia eodem Angelorum stipata comitatu, in momento in loco iudicii destinato constituta erunt, arenam meritum suorum mercedem, nec notionem & quasi ratificationem sententiæ Gloria morte data recipiant. Et completo ac finito, ut mox dicitur, cum vniuersali creaturarum applausu lætitiâ redibunt ad cælum, ut duplicem remunerationem ac Gloriam; & quod ad corpus & quod ad gloriosam.

**1. Cor. 14.** Pro nostro spiritali profectu observandum est documentum Apostoli: *Ecce mysterium quod vobis dico, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Vult dicere Apostolus: Inter omnia fidei voluntaria propono vobis mysterium resurrectionis, mysterium occultum, mysterium secretorum, quod duorum verborum fide firma consistit: *Omnes resurgemus, & resuscitabimur; sed non omnes immutabimur, & Gloria vestiemur;* omnes enim immutabimur, non tamen omnes in vita, sed multi in morte resuscitabimur, non omnes tamen, ut regnum sustineant.

Hac consideratione Sanctorum animæ & corporum quot in biuio hæserit salutis, veluti corculan



compressa scire desiderarunt, num essent e numero praedestinatorum aut reprobatorum. Quamobrem consulit nobis Apostolus, vt hanc veritatem, nos, nimirum, certos esse de resurrectione, at non de Gloria securos, animo cogitationeque semper voluamus, & bonam sanctaque vita ad bonam mortem nos disponere satagamus: vt cum certitudine fidei resurrectionis nostrae iungamus certitudinem moralem Gloriam.

Et haec de memoria vniuersalis Iudicii sufficiant. De forma & modo, quo illud executioni mandabitur, nunc dicendum esset; at de hoc libro sequenti tractabitur.

Finis secundae Partis.



M 4 PERE-

OYSII  
DEREI  
O.V.

